

[A 1v:] PASQVILLVS.
ANNO XLVIII.

„Interim“: quae pars?

Aduerbium.

5

Quid est aduerbium?

Est uerbum satanae coniunctum cum uerbo Dei ad decipiendas animas et stabiliendam idololatriam antichristi et confirmandam tyrannidem.¹

Aduerbio quot accidunt?

Tria, scilicet: significatio, comparatio et figura.² Significatio, ut dogmata ec-
10 clesiastica sic pingas et ornes mendacij fuco, ut homines uenenum pro medi-
cina, mortem pro vita, iudicium pro salute, idololatriam pro cultu, in summa
diabolum ostendentem regna mundi pro Christo adorent et accipiant.

Secundum accidens aduerbij „interim“ est comparatio, quam uniuersus mun-
dus negligit, haeret enim in admiratione humanae potentiae, non uidet neque
15 credit, quod pater uniuerso, qui praecipit mundo – „Hunc audite! Hic est
filius meus dilectus, in quo delector“³ – sedeat in coelis cum Filio et Spiritu
sancto dominus totius creaturae et rideat stultitiam regum et principum et
eosdem tandem compellaturus sit et in ira sua conturbaturus et disiecturus,⁴
ut quo se uertant, nesciant secundum beatae virginis dictum, cui quottidie fa-
20 ciunt uota: „Deposuit potentes de sede.“⁵ Itaque „interim“ est aduerbium, sed
[A 2r:] in mundo non comparatur. Cum autem comparabitur, non compara-
tium nec superlatium habebit, sed iacebit in profundo inferni cum om-
nibus, qui eius authores fuerunt, qui igitur sapiunt ab aduerbio ad uerbum se
conuertant.

25 Tertium accidens aduerbij „interim“ est figura non simplex, sed composita
atque id multis modis. Conuenit enim cum uerbo „interimo“, si spectas lite-
ras et sonum. Quod si uoluntates hominum spectes etiam conuenit, non enim,
ut pacetur Germania, hoc „interim“ nunc excogitatum est a monachis et epi-
scopis, sed ut occasio sit interimendorum piorum doctorum. Sed eorum, qui
30 Spiritu Dei illuminati sunt, aliud iudicium est. Sentiunt enim magis con-

¹ Der Autor spielt an auf die Definition eines Adverbs durch Aelius Donatus, *Ars grammatica*. De aduerbio, in: CChr.CM 40D, 160,9–11: „Sciendum est, quod aduerbium compositum nomen est a praepositione ‚ad‘ et a nomine ‚uerbum‘ et facit ‚aduerbium‘, eo quod uerbo coniungitur semper.“

² Vgl. die Strukturierung des Abschnitts über das Adverb in „significatio“, „comparatio“ und „figura“ bei Aelius Donatus, *Ars grammatica*. De significatione, in: CChr.CM 40D, 165,140–167,209; Aelius Donatus, *Ars grammatica*. De comparatione, ebd. 167,210–168,237; Aelius Donatus, *Ars grammatica*. De figura, ebd., 168,238–175,408.

³ Mt 17,5.

⁴ Vgl. Ps 2,4f.

⁵ Lk 1,52.